

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Qvæstio XXXII. De diuinarum personarum cognitione qualiter videlicet à  
nobis cognoscantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

*Pater spirat*, simpliciter sit neganda; neque vni-  
quam absolute concedenda, immo absolute tamquam  
heretica sit condemnanda.

*Sola Trinitas est Deus an si admittenda.*  
Petes, vrum hæc sit vera, sola sanctissima Trinitas est  
Deus. Sunt qui parent eam esse falsam, quoniam  
inquietant, Filius non est sanctissima Trinitas & tan-  
tem est Deus. Proculdubio tamen dicendum est  
eam esse verissimam. Filius namque non minus est  
de concomitantibus altissimam Trinitatem, quam  
manus sit de concomitantibus Socorem, eo quod  
quasi pars quedam gloriissima Trinitatis sit, cum  
ea non pometur in numero. Quare sicut hæc conse-  
quentia nulla est, solus Socrates scribit: *ipsius manus*  
*non est Sacra*: ergo manus non scribit, quia dictio  
exclusiva non excludit concomitantia: ita hæc conse-  
quentia nihil valet, sola benedictissima Trinitas  
est Deus: Filius non est gloriissima Trinitas: ergo  
Filius non est Deus.

## QVÆSTIO XXXII.

De diuinarum personarum cognitione  
qualiter videlicet a nobis  
cognoscantur.

## ARTICVLVS I.

Vrum sanctissima Trinitas personarum posse  
per rationem naturalem cognosci.

*Trinitatem personarum demonstrari possit probando quidam.*  
**Q**UIDAM A M, quos Durandus in 1. dist. 2.  
quæst. 4. refert, asseruerit, posse demon-  
strari sanctissimam Trinitatem, aut plu-  
ralitatem personarum esse in Deo. Argumen-  
tatur vero primum in hunc modum. Omnis  
operatio terminatur ad aliquid productum: sed in  
Deo intelligere & velle sunt operationes imma-  
nentes: cum ergo in Deo non aliud per eas produ-  
catur, quam Verbum per intellectionem, & amor  
per voluntatem, fit, ut in Deo sit verbum, & amor  
productus. Tunc ultra inter producens & produ-  
ctum necessariò reperitur realis distinctio: cum ergo  
in Deo non sit ea distinctio in essentia, fit, ut sit  
in personis, ac proinde sit, ut in Deo detur una per-  
sona producens, & duæ productæ per intellectio-  
nem & voluntatem.

Secundò, quidquid perfectionis cernitur in rebus  
creatibus, id totū Deo seclusa imperfectione tri-  
buendum est: sed naturam reperi in multis sup-  
positis, est perfectio in rebus creatis, tametsi diuidi,  
ac multiplicari in eis, sit imperfectio: ergo primum  
est Deo tribuendum, scilicet secundo: hoc autem  
solum sit, si in Deo concedatur pluralitas personarum  
in unitate essentiae: ergo in Deo pluralitas est  
personarum.

Confirmatur, potest hæc ratio in primis, quoniam  
lumen naturali cognoscitur, humanum animum  
esse totum simul in pluribus partibus corporis in-  
ter se realiter distinctis, Angelumque simul esse to-  
tum in pluribus partibus locis: ergo eodem naturali  
lumen potest cognosci, etiam naturam ac essen-  
tiam diuinam esse simul totam in pluribus supposi-  
tis diuinis re inter se distinctis.

Deinde potest confirmari, quoniam natura, quæ  
in uno tantu est supposito, ad illud videtur limitata:  
Deo autem nulla ratione limitatio est tribuenda.

Tertiò possumus argumentari in hunc modum:  
generare ac producere sibi simile in natura est  
perfectio; quæ proinde nulla ratione est Deo de-

A neganda: ergo datur in Deo pluralitas personarum,  
quarum una sit generans, alia genita; una producens,  
alia producta. Hac eadem ratione ad hoc ipsum pro-  
bandum vñus est Deus ipse optimus & maximus  
Iaia ultimo dicens: *Numquid ego qui alios parere  
facio, ipse non pariam*, si ego, qui generationem cateris  
tribus steriles ero?

Confirmatur hæc ratio, quoniam producere actu  
est perfectio: ergo ex æternitate conuenit Deo, alio-  
quin aliqua perfectio ex æternitate ei defuisset: cum  
ergo ex æternitate non produixerit res creatas, fit ut  
producerit personam aliquam incretam, ac proinde,  
ut in Deo sit pluralitas personarum.

Quartò communicare le infinito modo est per-  
fectio: ergo conuenit Deo, at non communicat se  
infinito modo producendo res creatas, sed produ-  
cendo personam sibi coequalem & consubstantia-  
lem: ergo in Deo est pluralitas personarum.

Quintò, sine conformatio & societate nō est iugun-  
da posse, ac proinde nec perfecta felicitas: si  
enīm vñus tantum homo in hoc illustri mundi do-  
micio habitaret, sanè licet abundaret rebus omnibus,  
quibus abundant ijs, qui beati putantur, miseram  
tamen sortem, & conditionem haberet sine confor-  
matio alterius sibi in natura similis, quo cum familiares  
sermones conferret, & animum reficeret: cum ergo  
in lumine naturali euidens sit, Deum esse ens felici-  
ssimum, fit, ut in eodem lumine euides quoque sit,  
cum habere consortium plurium personarum natu-  
ræ diuinæ: & cum ex lumine ipso naturali constet,  
esse vñus tantum Deum, fit, ut eodem lumine no-  
tum sit, in Deo esse pluralitatem personarum in  
unitate essentiae.

Sextò, euidenter possumus ostendere, mysterium  
sanctissimæ Trinitatis non esse de numero earum  
rerum, quæ esse nequeunt, ac proinde Deo non re-  
pugnare, ut sit Trium in personis, atque adeo posse  
optimè ei conuenire: sed euidens est, id omne reale,  
quod Deo ad intra potest conuenire, semper, necel-  
lariorque eum habere: tum quia, ut autor est Aristoteles  
3. Physicorum textu 32. in Deo rebusque æter-  
nis, idem est esse, & posse: tum etiam quia si in Deo ad  
intra non esset idem esse, & posse, Deus esset in po-  
tentia ad aliquid reale suscipendum, atque adeo  
non esset actus purus quo cum lumine natura pu-  
gnat, fit ergo, ut euidens sit naturaliter Deum esse  
Trinum in personis.

Confirmatur, quia hereticus, qui negat alium ar-  
ticulum, confitereturque articulum excellenterissima  
Trinitatis, ex solis suis viribus naturalibus, sine spe-  
ciali auxilio Dei, ei assentitur: ergo solo lumine na-  
turali possumus cognoscere Deum esse Trinum in  
personis.

Septrum in homine est imago beatissime Trini-  
tatis, iuxta illud Genet. 2. Faciamus hominem ad ima-  
ginem & similitudinem nostram: sed per imaginem  
cognoscitur id, cuius est imago: ergo viribus na-  
ture possumus inuestigare mysterium altissimæ Tri-  
nitatis, in cuius cognitionem venire.

Postremò, multi ex antiquis Philosophis myste-  
rium gloriosissimæ Trinitatis attigit videntur, ne-  
que aliter, quam lumine naturali: ergo mysterium  
augustissimæ Trinitatis lumine naturali cognosci  
valet. Minor & consequentia perspicue sunt: maior  
vero probatur, quoniam teste August. 10. de ciuitate  
Dei, cap. 23. Plotinus Platonicus, & Porphyrius  
de Parre & Filio sunt locuti. Trismegistus etiā mul-  
ta de mysterio adorandissimæ Trinitatis docuit, ut  
quæst. 27. artic. 2. ex parte relatum est, copioseque  
refert Augustinus Eugubinus de perenni philoso-  
phia.

phia. Augustinus etiam 7. confessionum, cap. 9. af-  
ferit, se in quibusdam Platonicorum libris legiſe-  
tationes multas, quibus probare nitebantur, quod  
in principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum,  
& Deus erat Verbum, & plerique alia ex iis qua-  
nus in cap. Euangelij Ioannis continentur. Nonnulla  
etiam circa mysterium sanctissimæ Trinitatis vide-  
tur docere Plato in aliquibus ex suis operibus, pro-  
pter quæ Bessejus Patriarcha Constantinopolitanus  
lib. 2. aduersus calumniatorem Platonicum, cap. 4. & D.  
Cyrillus lib. 1. aduersus Iulianum affirmant, Platoni-  
num mysterium altissima Trinitatis cognovisse, &  
Augustinus de vera religione, cap. 4. de Platone,  
Platonicisque ait: Si hanc vitam illi viri nobiscum  
rursum agere posuerint, viderem profecto cuius au-  
toritate facilius consuleretur hominibus; & paucis matutis  
verbis atque sententiis Christiani fierent, sicut pleriq-  
ue recentiorum nostrorumque temporum Platonici fe-  
cerunt. Quo in loco docet, Platonicos plerique do-  
cuisse deo, quæ Christiana fides docet.

Prima con-  
clusio.  
Myſterium  
Trinitatis  
non eſt lu-  
mine na-  
turali demon-  
ſibile.

Sit nihilominus prima conclusio. Solo lumine  
naturali deniente non possumus in cognitionem  
mysterii diuinissimæ Trinitatis, nedum illud de-  
monstrare. Non affirmamus hac conclusione, nos  
solis viribus naturæ non posse per fidem humanam  
ascendit mysterio sanctissimæ Trinitatis exterius  
nobis propposito, si vel autoritatibus proponentibus, vel  
communitatis credentibus initiamur, aut etiam per-  
moueamur simul miraculis, quæ in illius confirmationem  
facta narrantur, aliisque argumentis quæ  
persuadent ea quæ fides Christiana docet, à Deo  
esse reuelata, quo pacto Lutherani fidem mysterio  
gloriosissima Trinitatis habent. Neque item affir-  
mamus deesse rationes naturales, quæ ad huius my-  
sterii explicationem conductant, ad ciuiisque facilior-  
rem ascensum, postquam reuelatum fuerit, coadiu-  
uent, de quarum numero sunt aliquæ carum, quæ D  
propositæ sunt, sed quod affirmamus est, nullum el-  
le argumentum, rationemve ex lumine naturali pe-  
titam, propter quam, seclusa omni autoritate ac re-  
uelatione, potuerint homines sibi persuadere, au-  
gustissimam Trinitatem personarum esse in Deo,  
nedum id demonstratiue cognoscere. Inde addo,  
neque Angelos, solum lumen naturale secutus, su-  
spicari potuisse in Deo esse pluralitatem personarum,  
nedum id certè cognoscere. Conclusio proposita  
est D. Thomas hoc loco, & quæst. 10. de veritate,  
artic. 13. & quæst. 9. de potentia artic. 5. Alexandri  
Alefri. 1. par. q. 2. memb. 1. artic. 3. Bonaventurae  
1. dist. 3. q. 4. Scoti quodlib. 1. Durandi in prologo  
quæst. 1. & dist. 2. q. 4. & est communis.

Potest autem probari, quoniam omnis naturalis  
cognitio, quæ Deum in hac vita cognoscimus, origi-  
nem trahit à cognitione rerum creatarum, vt pater,  
tum ex Aristotele, qui sapient doceat, omnem cognitionem  
nostrum intellectus oritur habere à sensu  
vel maximè ex illo Pauli ad Rom. 1. Invisibilis Dei  
à creatura misisti, per ea que facta sum, intellecta con-  
spicuntur, quo modo etiam Angelus ex rebus crea-  
tis Deum naturaliter cognoscit: sed res creatae non  
emanant à Deo quatenus est Trinus in personis, sed  
quatenus est unus in essentia, eodemque modo ab  
eo emanarent, si unus esset in persona, vt eum Phi-  
losophi credierunt, ac ab eo Trino in personis e-  
manant: ergo res creatae non ostendunt pluralitatem  
personarum, sed unitatem essentiae, eaque quæ ad  
unitatem spectant, ac proinde nulla est ratio à solo  
lumine naturali ducta, quæ vel probabiliter mysterium  
gloriosissima Trinitatis suadeat. Ut enim cœ-  
cuss per odorem rosa in notitiam pulchritudinis de-

uenire nequit, eod quod odor non à colore & figura  
rosa, in quibus pulchritudo est posita, sed à substan-  
tia emanat: ita homo, aut Angelus ex notitia rerum  
creatrarum deuenire nequit in notitiam mysterij al-  
tissime Trinitatis, sed solius essentie: eod quod res  
creatae non à Deo, vt est Trinus in personali, sed vt  
vnu est in essentia proficiscantur. Inde vero, si ho-  
mines & Angeli, solum lumen naturæ considerent,  
atque ad obiectum adeò sublimi, & extra metas na-  
turalis cognitionis, positum se, extenderé con-  
tentur, iudicarent Deum non Trinum, sed vnu es-  
se in persona: quia id potius, quam contrarium; ar-  
gumenta à rebus creatris petita suadent. Constat autem  
lumen naturale lumen falli, & errare posse, si ultra ob-  
iectum naturale sibi committatur, extendatur,  
de eodemque iudicium ex propriis viribus ferre  
presumat, ut quæst. 1. artic. 5. explicauimus. Adde,  
concella pluralitate personarum cum unitate essen-  
tiae, sequi, non esse eadem inter se illa, quæ sunt ea-  
dem re, & ratione formalis vni tertio eidem numero  
ac indistinguibili. Sequi præterea in Deo, cum om-  
nimoda simplicitate, esse pluralitatem realis per-  
sonarum, & alia huiusmodi, quæ lumen naturale  
intellexus immixta suspicari potuerit, esse posse,  
nedu sibi perfudere ita esse, seclusa reuelantis au-  
toritate, cui meritò captiuandus esset intellectus.

Eamdem conclusionem confirmans nonnulla  
Scripturaræ sacra testimonia. Matt. 11. ait Christus:  
Nemo novit Filium nisi Pater, aequo Patrem quis no-  
nit nisi Filium, & cui voluerit Filius reuelare. Matt. 16.  
cum dixisset Petrus: Tu es Christus Filius Dei vivi,  
subiunxit Christus: Caro & sanguis non reuelauit tibi,  
sed Pater meus. 1. ad Corinth. 2. Sapientiam autem lo-  
quimur inter perfectos: sapientiam vero non huic seculi  
se, neque principium huic seculi, quam nemo principum  
huic seculi cognovit: & loquitur de incarnationis  
mysterio, quod sanctissima Trinitatis mysterium  
includit ac supponit. Eccles. 3. Plurima super sen-  
tia hominum ostensa sunt tibi: at si quid aliud supra  
sentia est hominum, id maximè est mysterium glo-  
riosissimæ Trinitatis. Quamuis autem quadam ex  
his testimonis potius probent, nos nostris viribus  
deuenire non posse in eam cognitionem mysterii  
diuinissimæ Trinitatis, qualis necessaria est ad salu-  
rem, quod sancte est dogma fidei, quam nos seclusa  
omni autoritate nostris viribus comparare non posse  
etiam modo confirmant.

Secunda conclusio. Lumine naturali demonstra-  
ri nequit, articulum altissimæ Trinitatis esse de nu-  
mero rerum, quæ esse possunt: est tamen mysterium  
hoc, non contra, sed supra lumen naturale nostræ  
mentis. Hec est Durandi locis citatis, probarique  
potest quoad priorem partem. Quoniam res crea-  
tae, per quas naturaliter possumus Deum cognos-  
cere, ducunt potius in cognitionem contrarij, ut di-  
ctum est: cum ergo non aliunde possumus Deum  
naturaliter cognoscere: sit, ut lumine naturali non  
valcamus demonstrare articulum sanctissimæ Tri-  
nitatis nihil continere impossibile: præfertim cum  
tamquam impossibilia tenetatu lumini naturali  
intellexus nostri sece offerant, tam mysterium ipsum  
in se, quam ea, quæ ipsum necessarij sequuntur.  
Adde, quod si demonstrari posset mysterium bene-  
dictissimæ Trinitatis esse de numero earum rerum,  
quæ esse possunt: cum quicquid reale potest esse in  
Deo ad intra, necessarij sit, ut ea, quæ suprà in  
argumento sexto obiiciebamus aperte demonstrat,  
utique demonstrare possemus Deum esse re ipsa  
Trinum in personis, cuius contrarium conclusio  
ne pri-

Neque An-  
gelus solo lu-  
mine na-  
turali vident-  
buss inueni-  
gabile.

ne prima ostensum est.

*Res fidei non esse præcipue naturæ rationibus persuadendæ per fidem.*

Hinc clarè licet colligere, fidem nostram, præser-tum quod hoc mysterium, non rationibus naturali-bus esse infidelibus persuadendam: tametsi possimus ei ut, tum ad mysterium explicandum, tum etiam ad eos alliciendos, vt facilius illud per fidem assen-sum approbent. Qui enim vellent rationes adhibere naturales, quasi illa deberent esse præcipua mortua ad suadendum hoc reconditum mysterium, dupli-cia via sanctissimæ fidei nostræ, vt hoc loco D. Thomas docet, esset iniurias. Detraharet namque de illius dignitate, quarenus est de iis, quæ quod captum in-tellec[tus] nostri supererent, nō videntur (qua de cau-sa à Paulo ad Hebr. 11. argumentum non apparentium appellatur.) Præterea impedimento esset infidelibus, ne conuerterentur, ludibrioque ac irratione expo-nenter sanctissimam fidem nostram, dum arbitrarentur, nos tam debilibus fundamentis duci ad assen-tiendum tanto mysterio. De via autem & ratione persuadendi hoc, & cetera fidei nostræ mysteria, & de efficacissimis rationibus, & argumentis, que sup-petunt, vt merito quisque sibi persuadere debeat ea omnia, qua Romana Ecclesia profitetur, Dei esse reuelationes, dicimus 2.2. cum de fide erit sermo.

Posterior pars conclusionis ex eo probatur, quo-niam lumen naturale nostri intellectus participatio quadam est (tametsi interallo infinito deficiens) lumini diuini intellectus, solùmque ex se inclinat ad verum: cum ergo verum vero consoneret: sit, vt sanctissima Trinitatis mysterium, quod in se est ve-tissimum, cum lumine nostri intellectus pugnare non possit: tametsi propter sui excellentiam supra captum sit illius. In vnu ergo lumine nostri, si eo vir velimus ad iudicandum eodem modo de iis, quæ eius captum excedunt, quo de iis, quæ illi sunt com-mensurata iudicat, poterit interuenire error: non verò quasi ipsum secundum se ad falso inclinet, D. ut quæst. i. artic. 5. explicatum est.

*Tertia conclusio. Postro mysterio adorandissimæ Trinitatis, quod tenemus innxi, solum Dei reuelantis autoritati, quæ omni demonstratione est cer-tior, sufficienter solvuntur argumenta omnia, quæ aduersus illud proponuntur, sufficiens im-que ostendere possumus nullum eorum concludere. Quando verò in argumēto aliquo ad aliquid deuenimus, quod mysterium ipsum ponit, ac concernit, nō possumus demonstrare aduersario, id esse verum: sed respondendum illi est, id esse, quod fides nostra nos docet, & quod tenemus propter autoritatem Dei reuelantis, verbi gratia. Si quis ita nobiscū argumen-tetur, quæ sunt eadem re, & ratione formalis vni terio singulari & indiuisibili, sunt eadem re inter se: dato autem mysterio altissime Trinitatis, contrariū est verum: ergo mysterium, quod profiteris, falso est. Sufficienter, solvemus argumentum, si respon-deamus, maiorem esse veram, quando illud tertium est incommunicabile: secus autem quando est com-municabile pluribus recipia distinctis, vt in te pro-pofita certitur: quæ solutio sufficientissima est in lumine naturali. Quod si vltius obiciat, quæ fieri potest, vt idem numero indiuisibile sit com-municabile, ac id ē re & ratione formalis cum multis recipia inter se distinctis: Dicendum est, id nos tenere au-toritatem Dei, qui eo ipso quod nos docuit in diuinis esse tres personas ciuidem essentia, id reuelavit: ne-que nos in hac vita, ex rebūisque creatis, posse con-trarium demonstrare. Præterea euidenter esse in lumine naturali, potius adhærendum esse Dei reuelationi, quæ cuicunque rationi aut argumento in contrarium oblatu. Quod si vltius quereret, vn-*

A de nos sciamus hanc esse Dei reuelationem? Addu-cenda ei essent argumenta, & rationes sufficientissime, quibus id nobis persuademus, quas lumen naturale docet ad id esse sufficientissimas, in culpāque lethali omnes esse, qui eis ad fidei nostra accep-tationem non permouentur.

Dicit fortem aliquis, quorsum Deus reuelauit no-Dubium.

bis hoc mysterium, quod tam difficile est ad cre-dendum: quorsum illud non abscondit, quoque nos in claram sui visionem perducere? Multas, nec contemnendas, reddit huius rei rationes D. Thomas 1. contra gentes, cap. 5. Potissimum autem esse arb-Solutio. triutor, propter mysterium incarnationis, quod Tri-  
*Divinissima  
Trinitatis  
mysterium cur  
fuerit nobis  
reuelatum.*

mysterij incarnationis, ed apertior fuit notitia mysterij sanctissimæ Trinitatis: & quemadmodum ante Christi aduentum solis Prophetis, insignib[us]que Patribus, tam legis naturæ, quam scriptæ, explicitè erat traditum mysterium incarnationis, ceteris ve-rò implicitè, vt prophetia tanti mysterij explicitam vniuersis illius promulgationem antecederet, quod faciliter suscipitur, corroboranturque magis homines in fide: sic etiam ante Christi aduentum reuelatio explicita mysterij gloriosissimæ Trinitatis solis Prophetis, insignib[us]que aliis Patribus legis naturæ ac scriptæ facta est: post Christi verò aduen-tum, vniuersis, sicut & incarnationis mysterium, ex-plicitè promulgari coepit.

Ad primum ergo argumentum propositum ne-gare Philosophus naturalis maiorem, de operatio-ne que est idem prout cum operante, neque est Ad primum argumentum partis oppositi.

quid productum, aut comprodectum, vt est intelligere & velle diuinum, nōque ipsi cam sanè negare tenemur. Etenim intelligere & velle in diuinis non minus sunt operations Filii & Spiritus sancti, quām Patris: & tamen Filius per intelligere, & Spiritus sanctus per intelligere, & velle nihil producunt. Adde, intelligere in Patre, vt suprà ostendum est, non esse ipsum productionem actiua Filii: sed dicere, hoc est, intelligendo producere, esse produc-tionem actiua Filii: id vero non aliud est, quām habitudo Patris ad Filium, tamquam eius à quo Fi-lius per intellectum, supponens intellectiōem es-sentiālem, eāmque quodammodo includens, vt ibidem explicauimus.

Ad secundum diceret, naturam reperiri in mul-tis suppositis, esse imperfectionem: quia id nulla ra-tione esse potest sine illius diuisione & multiplicatiōne. Vnde adderet, implicare contradictionem, naturam diuinam esse in multis suppositis, & in eis non diuidi. Diceret præterea, pugnare cum diuina simplicitate, naturam diuinam esse in multis suppo-sitis, & in unoquoque eorum reperiri quid reale com-municabile & absolutum, & quid reale incom-municabile, & respectuum. Insuper sequi, non, quæ sunt eadem re, & ratione formalis vni terio singu-lari ac indiuisibili, esse eadem inter se: quod affere-re inuolueret contradictionem. Adderet præterea, si esse in multis esset perfectio, quod natura esset in pluribus, eò esset magis perfecta, ac proinde si ar-gumentum quipiam probaret, cogeret etiam, non esse in tribus tantum suppositis, sed in infinitis.

Ad

*Ad confirmationem.*

Ad primam confirmationem, concessio antecedente, negaret consequentiam: quoniam est latum discrimen inter ea, que in antecedente assumentur, & id quod in consequente inseratur, propter quod diceret, hoc contradictionem implicare, illa vero minimè. Etenim natura diuina ita esse deberet in multis suppositis, ut cum singulis esset idem: id vero esse non posset, nisi in eis diuidetur ac multiplicaretur. Sequeretur præterea, non, que sunt eadem vni tertio, esse eadem inter se, neque in Deo esse omnino modum simplicitatem, que omnia contradictionem implicare afferet, ut paulò ante dictum est. Cum vero nec humanus animus idem sit cum partibus corporis, in quibus est, neque item Angelus cum partibus loci, sanè nihil tale sequitur ex iis, que in antecedente assumentur.

*Ad secundam confirmationem.*

Ad secundam vero confirmationem respondebat, quod si esset in aliquo uno supposito, in quo recipiatur tanquam in re aliquo modo a se distincta, argumentum quidem haberet probabilitatis speciem: sed runc probaret etiam, non esse in tribus tantum: quia esset etiam coarctata & limitata ad tria supposita. Verum tamen diceret non ita se habere naturam diuinam, sed ipsammet esse suppositum quoddam infinitum & illimitatum, quod proinde nullam inferit limitationem in diuinitate.

*Ad tertium.*

Ad tertium argumentum negaret priorem partem antecedentis. Diceret enim id esse non posse, sine diuisione naturæ: naturam autem posse diuidi, ex imperfectione illius prouenit. Præterea si generare aut producere sibi simile esset perfectio in Patre, aliqua perfectio esset in Patre, aut Filiō, quæ nō in Spiritu sancto, quod nulla ratione est concedendum: quare posse producere sibi simile in natura, nō dicit perfectionem in Patre. De testimonio autem Isaiae ethnicius nihil curaret, praterquam quod ex antecedentibus, & sequentibus alium etiam sensum patitur testimonium illud, ut supræ dictum est. Neque ratio illa demonstratio, virginisve aliqua argumentatio est in solo lumine naturali, esto in eo sensu exponantur verba Isaiae.

*Ad confirmationem.*

Ad confirmationem negandum est antecedens: ignem namque producere actu, nullam perfectiōnem dicit in producente, sed in re producta, ut saepe in superioribus notauius.

*Ad quartum.*

Ad quartū, negaret Philosophus maiorem. Tum quia communicare se actu, nullam dicit perfectiōnem in eo, qui se communicat, ut dictum est. Tum etiam quia diceret, impliatur contradictionē Deum communicare se infinitē: ad extra quidē, quia nulla ratione esse potest effectus infinitus: ad intra vero, quia diceret id fieri non posse sine diuisione naturæ, ac proinde id iam non esset communicare se ad intra, sed ad extra eo modo, quo Arius processio nem Filij à Patre constituit in diuinitate.

*Ad quintum.*

Ad quintum negaret maiorem, de persona infinita omnia in se eminenter continentem, qualis esset illa una per se diuina: neque enim existente altissima Trinitate personarum in Deo, singulis diuinis personis aliquid felicitatis ex aliarum confortio accrescit.

*Ad sextum.*

Ad sextum neganda est maior, ut ex dictis est manifestum.

Confirmationem vero ex iis, qua conclusione prima diximus, constat nihil ad rem praesentem efficere. Non enim negamus quempiam ex suis tantum naturalibus posse fide humana propter autoritatem proponentis, aut communitatē credētis, &c. assentiri articulo gloriosissime Trinitatis: fed quod assentimus est, nullam esse rationem ex lumine na-

A turali-petitam, propter quam, seclusa omni autoritate & reuelatione, homines sibi persuadere potuerint in Deo esse sanctissimam Trinitatem personarum, ne dum demonstratiū, evidenterque cognoscere.

Ad septimum, negaret infidelis maiorem: Catholicus autem dicere posset, in homine esse imaginem altissimam Trinitatis, verum tamen imperficiam, quæ minimè sufficiens sit, ut ex ea gloriosissima Trinitas personarum naturaliter cognoscatur: præsertim cum naturaliter non apprehendatur ut imago felicissimam Trinitatis, sed ut est quædam res in se: post reuelatum vero mysterium diuinissimam Trinitatis conducere, ut per eam explicetur. Porro in homine dicitur esse imago adorandissimam Trinitatis, tum quia in humano animo sunt tres personæ, sicut in Deo sunt tres personæ: tuum vel maximè quia, quemadmodum Pater intelligendo producit Verbum, Patrèque ac Verbum producunt Spiritum sanctum, qui est amor productus: ita manus animus intelligendo producunt verbum, idemque animus concurrente verbo producunt amorem. Dicitur præterea homo esse ad imaginem Dei, quantum Deus est, quia sicut in Deo est liberum arbitrium, quo Dominus est suorum auctuum per intellectum & voluntatem: ita etiam in homine. Vnde Damascenus lib. 2. fidei orthodo. cap. 12. *Hic verbi*, inquit, *ad imaginem, ut intelligendi, arbitriique libertas intelligitur*. Præterea quia sicut in Deo est intellectus, quo videt se, & voluntas, qua seipsum diligat, fruiturque seipso clarè viso, in quo beatitudo ipsius est positâ: ita in homine est intellectus, quo capax est visionis diuinæ essentia, & voluntas, qua Deum potest diligere, eoque clarè viso frui: eaque ratione instar Dei esse potest beatus, iuxta illud 1. Ioan. 3. *Scimus quoniam cum apparuerit semper ei erimus, quia videbimus eum sicuti est*.

Ad postremum argumentum respondet D. Thomas, Philosophos illos naturales cognovisse quidē de Deo attributa aliqua, quæ diuinis personis appropriantur, ut potentia quæ appropriatur Patri, sapientia quæ appropriatur Filio, bonitatemque & amorem, quæ appropriantur Spiritui sancto. Ut tamen altissimam Trinitatem, personasque diuinæ minimè cognoverunt: ita neque appropriationem eiusmodi attributorum. Dicendum præterea est, si quid de arcano gloriosissime Trinitatis mysterio docuerunt, id non acumen sui intellectus, lumineque naturali ducens comparasse, sed vel à Prophetis, virisque Catholice insignibus tam legis naturæ, quam seripta didicisse, iuxta ea que quæst. 1. s. art. 1. disp. 1. diximus. In numero autem horum insignis virtus legis naturæ, non solum Iob, & similes, sed etiā Sibyllas comprehendit. Vel certè eis ipsi Philosophis aliqua illustratio diuinitus facta est.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum sint ponenda notiones in diuinis.*

## DISPUTATIO I.



O TIO in re proposita non est aliud, *Nato quia* quam ratio cognoscendi vnam personam, *ut ab alia, aut aliis distinctam*. Hoc est, est forma, aut quasi forma, qua vna persona cognoscitur distingui ab alia, aut aliis. Hanc explicationem notio[n]is innuit D. Thomas initio articulo sequentis, consonante Augustinus 5. de Trinitate, cap. 6. Cùm autem persone distinguantur relationibus originis, duo necessaria sunt, ut aliquid

aliquid notio dicatur. Vnum est, ut significetur in abstracto: eo enim modo significatur ut ratio, seu forma, aut quasi forma persona. Alterum vero est, ut pertineat ad originem. Unde paternitas est notio, qua pater intelligitur distingui a Filio; filatio est notio, qua Filius intelligitur distingui a Patre; spiratio activa est notio, qua tam pater, quam Filius intelliguntur distingui ab Spiritu sancto: & processio, seu spiratio passiva est notio, qua Spiritus sanctus intelligitur distingui a Patre & Filio. His quatuor notiōibus addunt Augustinus & alii, inaccessibilitatem, quæ sit quinta notio, qua Pater intelligitur distingui a Filio & Spiritu sancto, de qua re articulo sequenti.

Ne vero quis a equivocatione fallatur, animaduertendum est, tria esse nominum genera in diuinis. Quædam dicuntur essentialia, Hæc sunt, quæ vel in concreto, vel in abstracto significant diuinam essentiam, aut id quod conuenit Deo ratione essentia. Unde sicut essentia communis est tribus personis; sic etiam significata horum nominum tribus personis communia sunt. Eiusmodi sunt nomina, Deus, essentia diuina, sapiens, sapientia, potentia, aternitas, Dominus, creator, &c. Alia dicuntur notionalia, nempe illa, quæ significant processiones ipsas, hoc est, relationes originis per modum actionis, aut passionis: cuiusmodi sunt generans, genitus, spirans, spiratus, dicere, generate, spirare, generatio, &c. Alia denique dicuntur personalia, illa videbile, quæ significant personas, aut id quod ratione personarum conuenit (excipie processiones, & ceteræ notionales, quos nomina notionalia significat.) Huiusmodi sunt nomina, Pater, Filius, Spiritus sanctus, persona singulari, & persona in plurali (quicquid aliqui ex doctoribus Nominalibus in ceterariū dicant) vocabulū Trinitas, & si quæ sūt huiusmodi.

Hinc intelliges, in questione, quam discutimus, D longè diuersum quid esse notiōnem à nomine notionali: paternitas namque, filatio, spiratio activa, & spiratio passiva sunt notiōnes: nomina autem quibus ista significantur non dicuntur nomina notionalia, quippe cum non significant processiones, seu relationes per modum actionis, aut passionis: sed pertinent ad nomina personalia, eo quod sunt abstracta personalium: abstractum autem, & concretum ad idem genas nominum pertineat.

His ita constitutis, in corpore articuli referit D. Thomas opinionem, aut potius errorem Præpositiū assentientis in diuinis nec proprietas nec notiones personalis, esse constituentias. Nitebatur vero huic fundamento. Quod proprietas & notiones sunt abstracta: in diuinis autem admittit̄ ea non sunt abstracta proper diuinam simplicitatem. Quare si cubi abstracta intuebatur, exponebat illud per conceptum. Ut enim dicitur ergo benignitate tuam, id est, te benignum: ita dicebat, quando dicitur in Deo est paternitas, intelligi, quasi dictum sit, Deus pater.

Impugnat D. Thomas hanc sententiam. Ac in primis ostendit uniuersum admittenda esse in diuinis abstracta & concreta, tam in essentialibus, quam in personalibus: quoniam in rebus creati vienit ab abstractis ad significandas formas simplices, concretis vero ad significandas res substantiales: sed in diuinis sunt formæ simplices ac substantiales: ergo ratione simplicitatis viendum est abstractis, concretis vero ratione substantiæ.

Postulamus etiam ad hominem in hunc modum argumentari. Concreta potius, quam abstracta, denotat compositionem: ergo abstracta potius quam concreta, quadrat in diuinam simplicitatem: non

Molina in D. Thom.

A ergo propter diuinam simplicitatem excludenda sunt à diuinis abstracta, sed potius sunt admittenda. Atque id planè docet Bernardus sermone 8o. super cantica, ubi sequit, inquit, de Deo proprie dici possit, rectius congruentius que dicitur, Deus est magnitudo, bonitas, iustitia, sapientia, quam Deus est magnus, bonus, iustus, aut sapiens. Refertque Eugenius, Pontifici maximo, ceteris Patribus in Cœilio Rhenensi congregatis, peruersam, suspectamque omnino visam fuisse expositionem Gilberti Pietauorum Episcopi super Boëtium de Trinitate, ubi abstracta exponebat per concreta, dicens pater est ueritas, id est, verus: quare rata non est opinio Præpositoriū, cum sit illi eadem, quæ adeò Patribus in eo Concilio dispuicit, ut ab eis reprobaretur.

Deinde reddit D. Thomas duas peculiares rationes, quæ in personalibus admittenda sunt non solum concreta, sed etiā abstracta, arque adeò notiones, proprietatesq; personalis. Prima est, quoniam cum confitemam Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, esse vnum Deum, & tres personas, quæribus haereticis, quo sint vnum? & quo sint tres? sicut respondetur essentia, ac Deitate esse vna, sic etiā oportet esse similia nomina abstracta quibus respondeatur, quo sunt tres, ac dicatur, paternitate, filiatione, & spiratione passiva, esse tres, tamquam proprietatis, quibus tripla inter se distinguuntur: unde inquit D. Thomas, essentia significatur, ut quid, seu quidditas personarum: persona, ut quis: & proprietas, ut quo persona hac distincta est a ceteris.

Secunda ratio est, quoniam una persona Patrii

Refutatio  
Præpositoriū.

referatur ad duas personas, nempe ad Filium & Spiritum sanctum; non una relations: unde enim Filius, & Spiritus sanctus referentur etiam una relatione ad Patrem, ac proinde, cum relatio multiplicet sanctissimam Trinitatem, Filius, & Spiritus sanctus non essent persona distincta, inter se. Cum ergo pater sit una tantum persona, & in se habeat duas relations, oportet vitramque nominibus designemus, ac dicamus, unam esse paternitatem, qua Pater referit ad Filium: alteram vero spirationem, adiuam, qua respicit Spiritum sanctum: neque enim nominibus concretis commodè possent designari tamquam ea quibus vnum quid referatur ad multas, quare admittenda sunt abstracta proprietatum ac relationum personalium, ac proinde notiones.

Ad hanc rationem negabat Præpositorius, Patrem referri duabus relationibus ad Filium & Spiritum sanctum. Dicebat: Namque quemadmodum Deus una relatione referatur ad omnes creature, cum tamen creature multis relationibus referantur ad Deum: sic etiam Patrem: una relatione referri ad Filium & Spiritum sanctum: cum tamen Filius & Spiritus sanctus multis recipiant Patrem.

Hanc tamen responsionem inde vult euertere D. Thomas, quod cum ratio formalis specifica cuiusque relationis fidat aliud se habere, fieri nullatenus

poteſt ut duabus relationibus specie, aut quasi specie distinctis (quod addo propter diuinas relationes: ut enim in diuinis esse nequit genus, ita ne quo species) respondeat una tantum relatio ex parte termini. Ad exemplum vero Præpositoriū de relationibus creaturarum ad Deum, in primis responderet: creature omnes referri ad Deum relationibus eiusdem rationis, ac speciei. Deinde vero adiicit, esto ex parte creaturarum sint relationes ad Deum alterius, ac alterius speciei, nullum esse absurdum si concedas, ex parte etiam Dei relationes alterius, ac alterius speciei eis respondere, eò quod Deus referatur ad creature relatione rationis, nullumque

O o omnino

*Relationes diuinae quo modo specie potius quam solo numero distinguuntur.*

Ex iis, quæ circa hanc secundam rationem docet D. Thomas, notandum primò. Quamvis quatuor relationes diuinae sint rationes formales primò diversæ, nullaque vniuerso conueniant, ut q. 8. art. 4. disp. 2. ostendimus, nihilominus cùm sint alterius, ac alterius rationis, potius videri quæ specie distinctas quam solo numero: cùm tamē ratio speciei in eis non reperiatur, cō quod non minus repugnat vnamquamque illarum rationum diuidi, multiplicari, aut contrahi, quam nature ipsi diuinæ.

Obiectio.

Deinde aduersus id quod D. Thomas docet hoc loco nempe duabus relationibus specie, aut quasi specie distinctis, respondere non posse vnicam specie relationem ex parte termini, obiectio aliquis. Pugnantia dicere D. Thomam: quoniam ut ipse met. 3. part. q. 33. a. 5. affirmat, pater & mater in humanis referuntur ad filium duabus relationibus specie distinctis, quod pater & mater secundū esse patris & matris, specie distinguuntur: & tamen filius referuntur ad eos vnicā relatione filiationis specie: ergo falsum est, quod hoc loco docet secundum pugnat.

Solutio.

*Patri & matris relationes an specie differunt.*

Ad hoc argumentū respondent Catetanus, Torres, alisque discipuli D. Thomæ, doctrinam eius hoc loco intelligendam esse, quando relata distincta specie sunt integra: secus autem quando sunt partes vnius integræ relati. Tunc vero appellant relata distincta inter se specie partes vnius integræ relati, quando ad fundamentum seu rationem fundandi relationū reciprocarum necessarius est varius concursus vtriusque: quo pacto ad generationem filij in humanis, que est ratio fundandi, tum filiationem, tum etiam paternitatem, ac maternitatem, necessarius est partialis, diversisque cursus patris, ac matris: quare quia pater & mater sunt de numero horum relatorum, Filius vero & Spiritus sanctus, comparatione Patris in diuinis, non item, sit ut doctrina traditur à D. Thoma hoc loco, intellecta, ut eam exposuimus, verissima sit, nec repugnet doctrina, quā 3. parte tradidit Nos: Metaph. probabile existimabamus relationem patens in filio, ut sub se comprehendit patrem ac matrem, esse speciem infinitam, diuiditque parentem in patrem ac matrem, differentiis accidentiaris, quæ cum parente in commune efficiunt compositionem per accidens: non secus ac si hominem diuidas in manum & feminam. Elige quod malueris.

### D I S C U S S I O N E I I .

Examinantur Gregorij Ariminensis & Aureoli opiniones circa notiones, proprietates & personales.

*Opinio Greg.* Regorius in 1. dist. 1. 6. quæstio. 1. negat proprietates personales & notiones in diuinis negotiis pre*priores*, & notiones.

*Arg. Greg.*

Dicitur potissimum in hanc assertiōem, quoniam si persone eiusmodi proprietatibus, quæ aliquid eorum sint, constituerentur & distinguenterint inter se, non essent simplices omnino, sed compōsita ex essentia & eis proprietatibus realibus, quod fidei Catholice repugnat. Reliqua argumen-

A ta Gregorij, quoniam facile ex iis, quæ dicemus, diluuntur, breuitatis gratia mitto.

Deinde ad rationem D. Thomæ hoc loco quod probat, constituendas esse proprietates ac notiones, ed quod oporteat esse, quo respondeamus ad instantiam hereticorum, quando querunt, quo persona diuina sunt vnum, & quo sunt tres, responder Gregorius: Sufficienter non esse eductos ab Augustino, & Hieronymo ad respondendum sine dictis proprietatibus. Hieronymus enim in expositione symboli ad Damalum quartu tomolo quens de Parte, Filio, & Spiritu sancto, ita inquit:

*B Substantiā sunt vnum, sed personis ac nominibus distinguuntur.* Et paulo superius dixerat: Non nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas, vel, ut Graci exponunt, essentiæ, hoc est, substantias, confitentes. Vbi Hieronymus nomine proprietatum, personas ipsas procul dubio intelligit. Augustinus etiam, in sermone de fide & symbolo, Credimus, hanc Trinitatem personis distinctam, & substantiā unitam.

In aliā partem extremam vergit Aureolus cītatus hoc loco à Caetano. Etenim vult proprietates ex natura rei distinguiri à personis, quarum sunt proprietates, & paternitatem à Parte. Quod probat, quia paternitas le tota distinguuntur à filiatione: cū tamen Pater non se toto distinguatur à Filio, quippe cū in essentia conueniant, quam vtterique corum includit. Quod si paternitas, & Pater distinguuntur sola ratione, non secus ac Deus & Deitas, sanè quanta identitas est inter Patrem & Filium tanta est inter paternitatem & filiationem.

*C Prima dictio.* Sit nihilominus prima conclusio. Concedenda sūc proprietates in personis diuinis, quæ in eo sensu sunt aliquid earū, ut virtute, tamquam quid inclusum ab includēte, ab eis ex natura rei distinguuntur. Conclusio hæc est aduersus Gregorium, et quæ manifesta ex iis, quæ diximus q. 2. 8. a. 2. d. 6. & d. 5. conclusi, 3. vbi ostendimus, relations diuinis, quantum præcisæ relations sunt, virtute distinguiri ab essentia, & neque essentia esse illis intrinsecam, neque eas essentia: esse tamen identem re & ratione formaliter inter se: & tā essentiam, quam relations esse de intrinseca ratione formalis personarum, quarum sunt proprietates: quod sit, ut eiusmodi proprietates virtute distinguuntur ab iis personis, quarum sunt proprietates, tamquam inclusum ab includente, atque adeo ut in sensu explicato sint earum aliquid.

*D Prater ea qua locis citatis dicta sunt confirmari potest conclusio.* Quoniam Pater generando Filium communicat ei totam suam essentiam, ut cap. *Damnamus*, de summa Trinitate & fide Catholica definitum est: sed non communicate ei id reale, quo ab eo distinguuntur: alioquin non distinguenterint inter se: cū ergo Pater vtrumque includat, essentiam scilicet, in qua conuenit cum filio, & id reali relationis, quo ab eo distinguuntur: planè id reale, quo distinguuntur, & quod est proprium Parti, virtute saltem distinguuntur à Parte tamquam inclusum ab includente. Confirmari id ipsum potest ex cap. *Firmiter*, eodem titulo, illis verbis: *Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam in dividitur, & secundum proprietates personales distinetur*.

*E Secunda conclusio.* Personales proprietates, nec ratione formaliter, distinguuntur ex naturae à personis. Hæc est contra Aureolum, constatque ex dictis disput. 5. & 6. citatis, quare cū vnaquæque persona constitutur ex essentia & proprietate personali, neutrum sane distinguuntur te aut ratiōne

*tione formali à persona , sed solum virtute tamquam inclusum ab includente.*

Proprietas personalis non supponit pro supposito.  
Ex his duabus conclusionibus colligo primò ad uerius Gregorium, paternitatem in abstracto sumptum ut præcisè significat relationem, proprietatem personam Partis, non supponere pro supposito, ac persona Patris alioquin sicut hæc est orthodoxa, concediturque ab omnibus, Pater generat: ita hæc est concedenda, paternitas generat: quam tamen Doctores negant, nullusque sanctorum Patrum admittetur. Quo fit, vt vocabulum paternitas ita sumptum supponat pro proprietate ac relatione, que non est suppositū & persona Patris, nisi per identitatem: est tamen quid, vna cum essentia, suppositum ac personam illius complens. Siec enim id substantiale, quod Socrates addit supra naturam humanam, in cōmune, aut etiam supra suam singularem humanitatem, nec est suppositum, nec subsistens, sed vna cum humanitate completa Socratem in esse suppositi, ac rei subsistentis: ita proprietas relativa Patris, nec est subsistens, nec suppositum, sed vna cum diuina essentia completa. Patrem in esse suppositi incomunicabiliter subsistentis, vt q. 29. art. 2. disp. ultima oftensum est.

Quod si obicias, D.Thomam alioisque Doctores saepe affirmare relations subsistere in diuinis. Dicendum est, lumere relations , non precisiæ, ut cum essentia cōstituant personas, sed ut includant essentiam: quo pacto paternitas dicitur in abstracto, tam absolutum quam respectuum, quod Pater includit in sua ratione formalis: sumpit vero hoc modo relations in abstracto , solùm differunt à personis ratione conciente, vt q.28. art.2. disp. 6. & q.29.art.2. disp. ultima dictum est.

Maior est distinctionis inter patrem & paternitatem, quam inter Deum & Deitatem.

Solutur  
Greg. arg.  
Ad id ergo unde Gregorius ducebatur, ut suam opinionem assereret, negandum est, ex eo quod persona ex essentia & proprietatibus personalibus modo explicato, constituantur, sequi personas non esse simplices omnino: si namque persona ex illis constituerent tamquam ex rationibus formalibus ex natura rei inter se distinctis, id quidem earum simplicitati repugnaret: ut verò cum solum nostro intelligendi more constituantur ex illis eisdem profus interfuse ex natura rei, solumque virtute inter se distinctis, id nihil omnino earum simplicitati derogat, ut in praecedentibus saepe est explicatum.

Petit Gregorius loco citato, sicut proprietas Patris aliquid præter essentiam, vel non? Cui interrogatoriū respondendum est, si dictio *præter*, denotet quid ex natura rei distinctum ab essentia, proprietatem non dicere aliquid præter essentiam: si vero donotet quid virtute solum distinctum, dicere aliquid præter essentiam, tempe rationem formalem relationis, eamdem re & ratione formalis cu essentia, sed ab ea virtute distinctam. Nota, hanc propositionem, *proprietas personalis est aliquid præter essentiam*, numquam esse ab soluē concedendam: sed vel simpliciter & absoluted negandam, vel distinguendam esse, sicut eam distinximus.

Ad id, quod Gregorius respondere conatur, vt rationem D. Thomæ eneruet, dicendum est. Siue D. Hieronymus, siue qui quis alius autor eius operis extitit, Patres illos, dum dicunt, *santissimum Tri-*  
*Molisa in D. Thom.*

A *naturam* *essentia* *esse* *unam*, & *personis* *distantiam*, *intel-*  
*ligere*, tamquam *iis*, *qua* in ea *distinguntur*, seu *in-*  
*ter* *qua* *cernitur* *distantio*. Cetero vero *conveniant*  
*in* *essentia*, *qua* *singula* *includuntur*, *ad* *huc* *quare*  
*dum* *restat* *quo*, *ab* *essentia* *aliquo modo* *distantio*,  
*tamquam* *forma*, *aut* *quasi forma*, *nostro* *intelli-*  
*gendi* *more* *ab* *iniucum* *distinguntur*: id *quod non*  
*est* *aliud*, *quam* *notio*, *proprieta* *que* *personalis*.

B Ad argumentum verò Aureoli, dicendam est, ut paternitas, præcisè quà relatio est, se tota distinguitur à filiatione: Pater verò in eo sensu impropiè dicatur non se toto distinguita Filio, quid detur in eo aliquid, nempe essentia, quod non distinguitur à Filio, satis esse virtualem distinctionem inter paternitatem & essentiam, & inter paternitatem & Patrem, neque necessariam esse distinctionem ex natura rei.

## DISPV TATIO III.\*

Vtrum paternitas, & spiratio actinare distinguantur ab inuicem.

**C**DUbitum est hoc loco, quanta sit distinctione inter duas illas relationes, quas D. Thomas ostendit esse in Patre, inter Paternitatem nimirum, & spiratione actionem. Duradus in 1.d.13.q.2. praemittens, eamdem esse questionem de generare & spirare, eò quod non aliud sunt, quam paternitas & spiratio activa, ut per modum actionis significantur, affirmat inter paternitatem & spirationem actionem, inter generare & spirare esse distinctionem realem. Idem dicit de filiatione & spiratione actionem, que sunt in Filio, & de generari ac spirare.

D Probat autem hanc suam sententiam primò, quoniam ea, quae nequeunt conuenire nisi comparatio-  
ne diuersorum, non sunt idem ex natura rei: sed paternitas conuenit Patri comparatione Filij, non verò comparatione Spiritus sancti, è contrario autem, Spiratio actua conuenit Patri comparatione Spiritus sancti, non verò comparatione Filij: ergo paternitas & Spiratio actua non sunt idem re.

Secundò sicut se habet paternitas ad filiationem, Secundò, ita se habet spiratio actiua ad spirationem passiuam: utrobique namque est distinctio realis, atque oppositio relativa: ergo à commutata proportione sicut se habet filatio ad spirationem passiuam, ita se habet paternitas ad spirationē actiuan: sed filatio, & spiratio passiuā distinguuntur re inter se, quod vna sit in Filio, & alia in Spiritu sancto: ergo paternitas etiam & spiratio actiua reali distant discriminē.

Tertio, paternitas & spiratio activa sunt relationes reales distinctae inter se specie, aut quasi specie, ut hoc loco docuit D. Thomas ergo distinguuntur realiter. Paret consequentia, quoniam, qua differunt specie, differunt numero: qua autem differunt numero, distinguuntur inter se realiter.

Quariò, si paternitas & filiatio essent idem secundum rem cum spiratione actiua, paternitas & filiatio essent idem realiter inter se, quod tamen est hæreticum. Consecutio probatur, quoniam quemadmodum in absolutis, quæ sunt eadem vni tertio singulari absolutum, sunt eadem inter se: ita quoque in relatiuis quæ relata sunt eadem vni tertio singulari relato, inter se videbuntur eadem.

Quinto, ab una productione actiua non sunt duas emanationes passiuæ: sed generari & spirari sunt duas emanationes passiuæ re inter se distinctæ, & à generare proficiscitur generari, ab spirare vero est spirari: ergo generare & spirare non sunt una &

Sexto.

eadem produc̄io, sed duæ re ipsa inter se distinctæ. A  
Sexto, licet eadem res possit esse producens &  
producta comparatione diuerſorū, fieri tamen ne-  
quit, vt per eandem relationem ei conueniat, vt ſi  
mul producat: ſed Filius per generari est quid pro-  
duc̄um, per ſpirare vero est producens, ergo gene-  
rati, & ſpirare non ſunt idem re in Filio.

Spiratio à pa-  
ternitate &  
filiatione ex  
natura rei  
non, niſi vir-  
tute distin-  
guitur.  
Dur. opinio-  
nem eſſe pa-  
rum iutam.

Contraria ſententia, nempe ſpirationem actiua  
non diſtingui ex natura rei à paternitate & filia-  
tione, ſed eſſe ex natura rei idem propter cum illis  
eo modo, quo relations & eſſentia ſunt idem inter  
ſe, eſt D. Thomæ art. ſequenti ad tertium, q. 30. ar-  
ticulo 2. ad primum & cōmuniſ Doctorū, opinio-  
que Durandi eſt parum tuta in fide, inīd meo iudi-  
cio erronea poſſet appellari. Probatur primò, quo-  
niā ſi ſpiratio actiua re diſtingueretur à paterni-  
tate & filiatione, in Deo eſſent quatuor relations  
diſtinctæ realiter inter ſe, vt concedit Durandus,  
ac prōlīne in Deo eſſet quaternitas rerum: contra  
rium autem definitor in Concilio Lateranenſi cap.  
*Dannamus de ſummi Trinit. & fide Catholica.*

Ad hoc respondent Durandus, in eo cap. ſolū  
damnari quaternitatem personarū, aut quaternitatem  
rerum, qua sit triū personarū, & quarta  
eſſentia, non vero quaternitatem rerum, qua ſunt  
relations reales re inter ſe diſtinctæ. Expendamus  
tamen definitionem Concilij in eo cap. Cū Ab-  
bas Ioachimus reprehenderet Petrum Lombardum,  
ſententia magiſtrū, quaſi aſſeruerit, in Deo  
eſt unam ſummarē, eſſentiam videlicet diuinam,  
qua ſimul eſt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ar-  
guereturque eum, quaſi ea ratione, non tam conſi-  
tueret in Deo Trinitatem, qua ſunt quaternitatem,  
videlicet treſ personas, & illam eſſentiam commu-  
nem qua ſunt quarā rem, ſubiungit Concilium, aut  
potius Innocentius 3. tamquam Concilij caput.  
*Nos autem, ſacro approbante Concilio, credimus & con-  
ſiemur cum Petro, quid una quēdam ſumma res eſt, in-  
comprehendibilis quidem & ineffabilis, qua veraciuer eſt  
Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, treſ ſimul perſonæ  
ac ſigillatim qualibet earumdem, & ideo in Deo ſolummodo  
Trinitas eſt, non quaternitas, qua ſimiliter triū  
perſonarū eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, ſeu  
natura diuina. Haec tenus Concilium. Ex quibus fa-  
cile paret, nullam eis reſponſionem Durandi: cū  
enim ſententiarū Magiſter conſtitueret eſſentiam  
communem perſonis, maniſtum eraſ Magiſtrum  
non eam conſtituisse tamquam perſonam (perſona  
namque ex magiſtri definitione eſt quid communica-  
bile) neque id illi obiiciebat Abbas Ioachimus,  
ſed qua ſunt conſtitueret tamquam rem quādā  
communem, vt ipſem Abbas refert: ei vero  
obiiciebat, quaternitatem rerum ab eo iuxta illum  
modum conſtitui, nempe triū perſonarū & quarā  
rem eſſentia communis. Ad obiectionem reſpon-  
det Concilium, id minimē ſequi, eō quod eſſentia  
communis ſit ſingulis perſonis & omnibus ſimul  
ſumptis, eaque de cauſa non ponatur in numero re-  
rum cum perſonis. Non eſt ergo in eo cap. fermo  
de quaternitate perſonarū, ſed rerum. Cū ergo  
absolutē definiat Concilium, ſolummodo eſſe fan-  
tissimam Trinitatem, & non quaternitatem rerum  
in Deo, ſanè aut error eſt in fide, aut quid errori  
proximum, ea opinio, qua vult eſſe in Deo qua-  
ternitatem rerum realium inter ſe re diſtinctarum,  
vt Durandus afferit. Etenim ſi Patres illius Con-  
cilij ſuſpicari poſſent aliqua ratione in Deo eſſe  
quaternitatem rerum, numquam absolute defi-  
niuſſent, ſolummodo eſſe in Deo gloriosissimam  
Trinitatem, & non quaternitatem.*

Secundò argumentor in hunc modum. In Patre,  
iuxta ſententia Durandi, ſunt duæ relations diſtinctæ  
re inter ſe, nempe paternitas & ſpiratio actiua:  
ergo ſuppoſitū Patriſ nō eſt ſimplex omnino: qui-  
pe cū conſtet rebus diſtinctis re inter ſe, quod  
cū pugner cum Catholica fide, profeſtō plusquam  
periculosa, errore ave, dici debet opinio Durandi.

Tertiò, propterā Pater & Filius ſunt duo ſu-  
poſita in diuinis, quia ſuis relationibus re ab ini-  
ciem diſtinguitur: ſi ergo ſpirator, quem de fide  
conſtar eſt vnum numero principium, vni eaque  
ſpiratio actiua producere Spiritum ſanctum (vt  
in Concilio Lugdunenſi, cap. fideli, de ſumma Tri-  
nitate, & fide Catholica lib. 6. eſt definitum) in ef-  
fe ſpiratoris ſua relatione diſtinguitur re à Patre,  
& Filiō, & Spiritu ſancto, fit, vt fit quādū ſu-  
poſitū & quarta perſona in diuinis, contra diuinā Pa-  
tri, Filiō, & Spiritui ſancto, quod eſt hæreticum.

Quartò, Ratio ſpiratoris, vel eft communis Pa-  
tri & Filiō, vel non. Si des secundum, ſpirator  
erit quippiam incommunicabile, ac proinde ſu-  
poſitū & perſona, & cū ex tua ſententia diſtin-  
guar realiter à Patre & Filiō, erit in diuinis qua-  
tuor perſone realiter diſtinctæ, quod eſt hæreti-  
cum. Si vero des primū, tunc vel ratio ſpiratoris  
eſt communis Patri & Filiō per identitatem cum  
vnoquoque eorum, vel non. Si des primū, habe-  
mus inſtitutum, rationem videlicet ſpiratoris non  
diſtingui realiter à Patre & Filiō, ſed eſte idem cum  
illis. Secundum vero dici non potest, quia ſi ratio  
ſpiratoris eſet communis Patri & Filiō tamquam  
res ab vnoquoque eorum realiter diſtinctæ, id eſt  
non poſſet ſine compositione reali, & niſtatio vna  
comparare ut aliam tamquā actus cum potētia,  
vt fieri ex illis vnu per ſe, quaē duo cum diuina ſi-  
plicitate & actualitate pugnant, aperteque eſſent  
errores in fide: fit ergo, vt ſpiratio actiua à pa-  
ternitate & filiatione realiter non diſtinguitur.

Quintò, in diuinis, iuxta axioma Theologorum,  
ſolū inter ea eſt diſtinctio, ex natura rei, inter  
qua cernitur relativa oppoſitio: ſed ſpiratio actiua,  
nec paternitati, nec filiationi opponitur rela-  
tive: ergo nec re, nec ratione formali ex natura rei  
ab eis diſtinguitur.

Dicendum itaque eſt, ſpirationem actiua eſſe  
idem ſecundū rem & rationem formalem cum  
paternitate & filiatione, ab eis tamen diſtingui  
virtute ex natura rei. Primum pater ex dictis. Secun-  
dū vero affirmit Caſtanus hoc loco. Atque id eſt,  
quod probant rationes Durandi. Poteſtque conſi-  
mati, tunc quia communicabile & incommunicabile  
cū minimū diſtinguitur virtute ex natura rei,  
ſpiratio autē actiua eſt quid commune Patri, & Fi-  
lio, paternitas vero & filiationis minimē. Addi poſſent  
alii rationes, quibus q. 28. art. 2. probauimus di-  
ſtinctiōne virtuale inter attributa inter ſe &  
inter perſonas & attributa.

Ad primū igitur argumentum Durandi ne-  
ganda eſt maior. Ad id enim ſatis eſt diſtinctio ex  
natura rei virtute, qualis cernitur inter paternita-  
tem & ſpirationem actiua.

Ad ſecundum conſesso antecedente, neganda  
eſt prima conſequentia: nam argumentum à com-  
mutata proportione vim non habet vniuersum,  
niſi in ſolis quantitatibus. Profeſtō ſi ratio illa ar-  
gumentandi aliiquid valeret, probari poſſet ſpira-  
torem actiua eſſe ſuppoſitū in diuinis, argumen-  
tando in hunc modum. Sic ut ſe habet Pater ad  
Filium, ita ſpirator actiua ad Spiritum ſanctum:  
ergo ſicut ſe habent Filius & Spiritus ſanctus, ita

se habent Pater & spirator actiū: sed Filius & Spiritus sanctus sunt duo supposita: ergo Pater & spirator actiū sunt alia duo.

*Ad 3.* Ad tertium neganda est consequentia: ad id enim satis est distinctione virtualis. Ad probationem vero consequentiae dicendum est, ad distinctionem numeralem, eo modo sumptam, necessariam non esse distinctionem realem: candor namque & similitudo distinguuntur numero iuxta illum modum, eō quod differunt specie & genere, & tamen non distinguuntur re inter se: sufficit ergo ad distinctionem illam numericam distinctionem ex naturae, aut formaliter, aut virtute, qualis inter paternitatem & spirationem actiūam cernitur.

*Ad 4.* Ad quartum neganda est consequentia: ut enim argumentum illud valeat, necesse est, ut sint eadem ut tertio incommutabili, qualis non est spiratio actiū. Vide quae diximus, q. 28. art. 3. Ad probationem dices, peculiarem rationem esse in relatis quae sunt eadem vni tertio singulari, cur possint non esse eadem inter se, quae non cernitur in absolucione: eō quod relata possunt distinguiri inter se propter oppositionem relatiū, absołuta vero, quia non solent habere oppositionem, si sint eadem vni tertio singulari, non solent distinguiri.

*Ad 5.* Ad quintum neganda est maior, quando producō actiūa vna secundū rem est plures virtute, ut in generate & spirare videre est.

*Ad 6.* Ad secundam partem majoris sexti argumenti dici debet, satis esse pluralitatem relationum, quae solum virtute distinguuntur inter se, ut idem dicatur producens & productum comparatione diuersorum, quod cernitur in generari & spirare Filij.

#### D I S P V T A T I O IV.

*Quenam predicata dicantur de notionibus, & ceteris abstractis que reperiuntur in Deo.*

*Propositiones*  
in quibus  
alio aut pre-  
dictio in co-  
muni tribu-  
tio aliqui  
solutio in  
datus pro-  
mota sit  
vera.

**Q**uestio hæc excitatur circa responsonem ad secundum D. Thomæ. Ean paucis dirimimus, si notauerimus, peculiare esse propositionibus, in quibus actio, aut emanatio in concreto tribuitur alicui subiecto, non facere sensum identicum, sed denotare prædicatum conuenire subiecto tamquam rationi, aut habenti rationem, seu principium, a quo emanat actio. Quare ad indicandum, an huiusmodi propositiones vere sint, an falsæ, attendendum est, an subiectū significet rationem ac principiū, a quo procedat actio, vel certè supponat pro habente tale principium, an non. Et quidē si, vel significet principium, vel supponat pro habente proprium, præpositio est vera, si minus falsa. Verbi gratia haec omnes propositiones sunt verae, intellectus diuinus intelligit, voluntas vult, sapientia gubernauit, essentia intelligit, vult, gubernauit, & crevit, insititia diuina tribuit, vñquaque suum misericordia condonat, sufficiat punit. Ratio est, quoniam subiectum earum significat principium & rationem, à qua emanat actio: essentia namque diuina est principium remotum illarum omnium actionum seu operationum: cetera vero sunt principia proxima. Similiter hæc etiam sunt verae, Deus intelligit, vult, & omnia paulo antea dicta praefat, Pater crevit, Deus generat, generans crevit, genitus spirat, sapiens generat, &c. subiecta namque prima & secunda continent in se essentiam, que illa omnia praefat: subiectum vero tertie, nempe Deus, cum sit concretum supponit pro Pater, cui generare conuenit: subiectum quartæ supponit pro Patre, qui includit essentiam, ratione cuius haberet,

Molina in D. Thom.

A vt creare possit, subiectum quintæ supponit pro Filio, cui ratione spirationis actiū ac essentia contenit spirare: subiectum vero sexta, cùm sit concretum, supponit pro Patre, cuius proprium est generare. Hæ vero sunt falsæ, intellectus vult, voluntas intelligit, essentia generat, paternitas generat, filiatio crevit, spiratio intelligit, &c. quoniam subiecta, neque significant id, ratione cuius conuenit & emanat actio, neque supponunt pro habente tale principium, eō quod sunt abstracta.

B Vbi notanter diximus in principio, peculiare esse propositionibus, in quibus actio in concreto tribuitur alicui, non facere sensum identicum: quia quando actio in abstracto alicui rei diuina tribuitur, præpositio sensum facit identicum, hoc est, ut præpositio sit vera, satis est, si prædicatum sit idem identitate formaliter cum subiecto. Vnde hæ propositiones sunt verae, intellectus est voluntas, voluntas est intellectus, paternitas est sapientia, &c. Imo si actioles in concreto significantur substantiæ, & (ut vocant) in actu signato, & non in actu exercito, quasi emanare denotetur ab iis, quibus tribuantur, propositiones efficiunt sensum identicum. Vnde hæ sunt verae, voluntas diuina est intelligere diuinum, intellectus diuinus est velle diuinum, velle diuinum est intelligere diuinum. Hæ tamen non sunt verae: Deum intelligere peccatum, est velle peccatum, aut Deum intelligere hanc rem est velle illam: quoniam intelligere aut velle hanc vel illam rem creatam, addit respectum rationis supra velle diuinum aut intelligere diuinum comparisone talis obiecti, atque ratione hominum respectum propositiones ille sunt falsæ.

C Quando actio à parte prædicati sumitur in concreto, & significatur in actu exercito, substantiæ tamen, præpositio sepe est vera ratione eius, pro quo prædicatum substantiæ sumptum supponit: cùm tamen, si prædicatum sumeretur adiectiū, præpositio esset falsa. Verbi gratia hæc est vera, paternitas est generans, si prædicatum sumatur substantiæ: quoniam non denotat actuū generandi conuenire paternitati, quemadmodum denotat, quando prædicatum sumitur adiectiū, sed efficit hunc sensum, paternitas est id, aut est illa res, cui conuenit generare: hoc autem est verum, quia paternitas est Pater, cuius est proprium gen. rare. Haud scilicet hæc præpositio, paternitas est sapientia, si prædicatum sumatur substantiæ, est vera: quia efficit hunc sensum, paternitas est id, nempe Pater, aut Deus, cui conuenit ut sit sapientia, quod etiam est verum. Si vero sumatur adiectiū est falsa, ut ex dictis est manifestum.

E Illud tandem animaduertere, quando prædicatum concretum adiectiū sumptum significat veram productionem, ut præpositio sit vera, non satis esse, si ei rei tribuatur, à qua est tamquam à principio quo, quando talis principium non est quid distinctionem à re producta. Ratio est, quia inter producens & productum debet esse distinctione realis. Hac ratione, licet Pater intellectu tamquam principio proximo generet Filium, & essentia tamquam principio remoto, quia tamen nec intellectus, nec essentia distinguuntur à Filio per generationem: producens, hæ sunt falsæ, essentia generat, intellectus generat: quia licet sunt principia, quibus Pater generat, ipsa tamen non generat.

Filiu cum quo sunt idem, sed Pater est, qui eum generat.

*Cur hæ sint  
vera, intellectus  
est velle diu-  
nus, velle diu-  
nus non  
est intellectus  
est velle  
peccatum.*

*Substantiæ,  
& adiectiū  
significantur  
rationem in  
concreto: di-  
scrimoni.*

*Præpositio  
vera, ut in  
concreto vero  
alicui tribua-  
tur quid sit  
necessaria.*

DISPUTATIO I.

*Vtrum sint quinque notiones.*

*Conclusio  
affirmans.*

**G**ONCLVSIONE est. Tantum sunt quinque notiones. Est communis. Probatur vero, quia notio est ratio cognoscendi vnam personam, ut ab alia, aut aliis distinctam: personae autem diuinæ multiplicantur & distinguuntur per originem ius à quo aliis, & qui ab alio: ergo innoteſcant per modos originis eius, à quo aliis, & qui ab alio. Pater autem innoteſcere non potest per hoc, quod sit ab alio, sed per hoc quod non sit ab alio, atque adeò ipsius notio est innascibilis. Per hoc vero, quod ab eo sit aliis, innoteſcit dupliciter, comparatione quidem Filij, per paternitatem: comparatione vero Spiritus sancti, per spirationem actiuam. Atque ita in Patre sunt tres notiones, innascibilitas, paternitas, & spiratio actiuam. Filius vero comparatione Patris innoteſcit per filiationem, secundum quam passiuè est ab illo: comparatione vero Spiritus sancti, per spirationem actiuam sibi cum Patre communem, secundum quam Spiritus sanctus etiam a Filio procedit. Vnde in Filio sunt due notiones, filatio scilicet, & spiratio actiuam, quam habet cum Patre communem. Demum Spiritus sanctus non potest cognosci per hoc, quod aliis sit ab eo, sed per hoc, quod ipse sit à Patre & Filio per processionem seu spirationem passiuam. Vnde in eo unica tantum est notio. Fit ergo, ut in personis diuinis quinque tantum sint notiones quibus cognoscuntur ab unicem distingui, videlicet, innascibilitas, paternitas, communis spiratio, filatio, & processio, seu spiratio passiuam.

*Notiones  
personarum  
diuinarum  
q[ue]r.*

Ex his docet D. Thomas quatuor tantum esse relationes : èd quòd innascibilitas non sit relatio, sed negatio respectus eius, qui ab alio, que reducta ad genus eius respectus, quem negat. Quatuor item tantum esse proprietates, quippe cùm spiratio activa non sit propria aliqui persona, sed communis Patri & Filio. Item tres tantum esse notiones personales , aut proprietates personales, hoc est, constituentes personam in esse personæ, reiæ incommunicabilis. Innascibilitas namque, cùm sit negatio , non constituit : communis verò spiratio non reddit quippiam incommunicabile. Licet autem vna & eadem res ( vt paternitas verbi gratia,) esse possit notio, relatio, proprietas,notio personalis, aut proprietas personalis: dicitur tamen notio, quatenus est ratio cognoscendi personam , vt ab alia, aut ab aliis distinctam : relatio verò , quatenus est ratio referendi unam personam ad aliam: proprietas, in quantum conuenit vni tantum personæ & notio personalis , aut proprietas personalis , ut est notio , aut proprietas constitutens personam in esse personæ,reiæ incommunicabilis.

*Aduersus ea quæ dicta sunt, aliquis obiicit. Primum, quia quemadmodum in Patre, quatenus non est ab alio, est una notio, quæ dicitur innascibilitas in Spiritu sancto, quatenus ab eo non est aliud, erit alia notio: ergo notiones non sunt tantum quinque.*

**Secundum.** Patti & Filio conuenit inspirabilitas passiva: ergo sicut innascibilitas conceditur notio Patris, sic etiam inspirabilitas constitui debet notio communis Patri & Filio.

A. Tertiò, generatio actiua, & generatio passiua, *Tertium*, itemque spiratio actiua, & spiratio passiua (*lumpæ pro processionibus*) sunt etiam notiones, è quod per eas etiam personæ cognoscantur inter se distinguunt: ergo plures sunt notiones, quam quinque.

Scotus in t.d.28.q.1. *victus secundo argumento*  
proposito fluctuat in concedenda sexta notione, *Impossibilis,*  
*tam quid.*  
Pro solutione tamen aduertamus in primis, innascibili-  
tatem, *qua hoc loco notio & proprietas Patris*  
*constituitur, significare formaliter negationem, non*  
*quidem natuitatis prese ac proprietate sumptae, qua-*  
*lis est qua Filius procedit a Patre: talis namque in-*  
*nascibilitas etiam Spiritui sancto conuenit: sed na-*  
*tuitatis latè pro quacumque processione, ita ut in*  
*re proposita innascibilitas idem sit, quod non pro-*  
*cessio, & ingenitus idem, quod non habens esse ab*  
*alio quocumque modo, id quod soli Patri cōpetit.*

Aduertam secundò, negationes originum, eo ipso  
quòd negationes sunt, & quòd personis diuinis nō  
sunt intrinsecæ, de communi lege ad notiones di-  
vinarum personarum, ut hoc loco bene nota Ca-  
ietanus, minimè pertinere. Quòd autem innascibili-  
tas notio Patris à sanctis Patribus constituta sit,  
fuit prater communem legem, propter rationes,  
quas hoc loco Caetanus reddit. Cùm enim esse  
primum principium in benedictissima Trinitate ad  
maximam Patris autoritatem spectet, propter quam  
ab Hilario 9. de Trinitate, & ab aliis Sanctis maior  
Filio dicitur, est Filius, quatenus Deus, minor Pa-  
tre non sit: & propter quam etiam Filius in Evan-  
gelio solitus est omnia ad Patrem referre, quem  
imitata Ecclesia, omnes ferè orationes ad Patrem  
etiam dirigit, voluerunt sancti Patres tradere, non  
solum notiones principij, & eius qui à principio,  
que solæ iuxta legem communem dicendæ erant  
notiones personarū diuinarū, sed etiam notionem  
principij, ut primū est, qua prater communem legem  
in notiōibus ab eis numeratur. Pater ergo, quatenus  
principium, innoscit per parentatē comparatione  
Filij, & per spirationem actiū comparatione  
Spiritus sancti: quatenus verò primum, id est,  
non de principio, per innascibilitatem cognosci-  
tur. Rationes alias legi si placet, apud Caetanum

*His ita constitutis, ad primum argumētū ne-  
ganda est similitudo. Negatio namque de cōmuni  
lege non est notio perfone diuina: innascibilitas  
vero peculiari ratione extra communem legem in  
notionibus est numerata, iuxta modū explicatum.*

E Ad secundum dices inspirabilitatem esse etiam negationem : in ea vero desiderati peculiarem illum rationem , quare prater communem legem constitutaur notio , quæ tamen est , quare innascibilis constituar .

Ad tertium dicendum est. Cùm vnumquodque ali  
per ea, ex quibus constituitur, distinguitur: &  
quamvis processiones & relations diuinae idem  
omnino sint in Deo, etiam virtute, solumque inter  
se ratione concipiente distinguntur, nihilominus  
accommodatius significantur nominibus abstra-  
ctis relationum tamquam principia constitutiva-  
vna cum essentia personas, quam nominibus ab-  
stractis professionum: inde esse, quod relations  
potius, quam processiones constituantur à sanctis  
Patribus notiones personarum. Vel certe dicen-  
dum est, tam processiones, quam relations signifi-  
catae in abstracto reputari à sanctis patribus pro  
eodem, ut constituantur notiones: siquaque tanum  
esse quinque notiones virtute, rationeque ratio-  
cinata inter se distinctas. Plures vero esse, si de di-  
stinctis ratione etiam ratiocinante sit sermo, pro-  
cessioneque

cessionesque tanquam distincta quædam à relationibus computantur. Ratio quam hoc loco reddit Torres quare non plures, quām quinque notiones constituantur, videlicet quia non sunt plura abstracta, quām illa quinque, nullius sanè est momēti. Ea namque omnia, qua argumentis propositis notiones esse contenduntur, proculdubio abstracta sunt, quibus Patres sapienter videntur.

D I S P V T A T I O II.

Num hæc enunciatio vera sit, paternitas est spiratio.

Opinio D.  
Thomas.

**D**IUVS Thomas hoc loco in response ad tertium negat eam esse veram. Has tamen concedit esse veras, paternitas est essentia, intellectus est voluntas. Cui placuerit, quæ Caïtanus, Torres, & alij hoc loco docent, ut defendant priorem illam propositionem esse falsam, poterit eam sententiam complecti.

Ceterum cùm ex Diu Thomæ sententia ac veritate, ipsa paternitas & spiratio actua, nec re, nec ratione formaliter distinguantur inter se (etiam secundum esse rationis formalis relationis) sed tantum virtute, non video quare hæc in sensu formaliter sit concedenda, paternitas est spiratio actua: sicut hæc duæ in eodem sensu conceduntur, paternitas est essentia, intellectus est voluntas. Neque satisfacit ratio, quam hoc loco reddit Caïtanus, videlicet quia paternitas & spiratio actua differunt differentiis relationis, cùm una sit ad Filium, & alia ad Spiritum sanctum, & multiplicantur secundum eis relationis (sunt namque duæ relationes) id est hanc esse falso, paternitas est spiratio: cùm tamen illæ duæ aliae propositiones sint verae. Hæc, inquam, ratio non satisfacit: neque enim paternitas & spiratio simpliciter differunt formaliter differentiis relationis, sed virtute dumtaxat: neque sunt duæ relationes formaliter inter se distinctæ secundum eis relationis realis, sed virtute dumtaxat, ut articulo præcedente ostendimus, alioquin in Patre esset distin<sup>tio</sup> ex natura rei inter ea, quæ in eo sunt formaliter, quod nulla ratione est concedendum: cùm ergo intellectus & voluntas sint etiam duæ rationes formales reales entis absoluti virtute inter se distinctæ, sit planè, vt non sit maior ratio, quare hæc sit falsa, Paternitas est spiratio, quām hæc, intellectus est voluntas.

Quod si in hunc modum argumenteris. Paternitas est respectus ad Filium, & non ad Spiritum sanctum: spiratio vero est respectus ad Spiritum sanctum, & non ad Filium; ergo paternitas non est spiratio: neganda est consequentia: non secus arque hæc alia negatur, intellectus est id, quo Deus intelligit, & non quo vult: voluntas vero est id quo vult, & non quo intelligit: ergo intellectus non est voluntas in Deo. Sicut enim in hac secunda consequentia, quia intellectui conuenit esse principium intelligendi, ut ratione ac virtute distinguitur à voluntate, & voluntati conuenit esse principium volendi, ut similiter distinguitur ab intellectu, conceditur antecedens, & negatur consequentia, quia infertur absolute non identitas intellectus & voluntas inter se, propter quod in ea committatur fallacia accidentis: sic quoque cum paternitati conueniat, ut sit respectus ad Filium, ut virtute distinguitur ab spiratione actua, & spirationi actua conueniat, ut sit respectus ad Spiritum sanctum, ut virtute distinguitur

à paternitate, neganda est illa prior consequentia, in qua pati ratione, committitur fallacia accidentis.

Illud tamen hoc loco est animaduertendum, si-  
cūt hæc conceditur, intellectus est voluntas, & tamen  
hæc negatur: attributum intellectus est attributum vo-  
luntatis, quia attributum de formalis significat ens  
rationis, quod est aliud in intellectu, & aliud in  
voluntate: ita hanc esse concedendam, paternitas est  
spiratio, & hanc esse negandam, notio paternitatis est  
notio spirationis: quia simili modo vocabulum, no-  
tio, de formalis significat ens rationis, quod est dis-  
tingutum in paternitate ab eo, quod fundatur in  
spirazione actua, & quia in significatis materialibus  
sufficiens distinctione pro ratione significatorum for-  
malium, ut nomine notio, dicitur pluraliter de paterni-  
tate & spiratione actua, ut etiam de attributis di-  
uinis quæst. 2. art. 2. disputatione 3. dictum est. At-  
que hoc est, quod probat exemplum Diu Thomæ,  
hoc loco in response ad tertium, ut Scotus quodlib. 5. artic. 2. egregie notauit, & hac in re nobiscum  
consentit, tametsi dissentiant, quatenus credit, inter  
paternitatem & spirationem actinam esse distinc-  
tionem formalem, & ob id censet hanc, paternitas est spiratio, in sensu formaliter esse negandam. Quod si Diuus Thomas hoc loco solùm intendit hanc  
esse falsam, notio paternitatis est notio spirationis  
actua, hanc vero esse veram, paternitas est spiratio  
actua, ab ea, quam sequimur, sententia non  
discrepat.

Obiectio.  
Salutio.  
Notio paternitatis non est notio spirationis actua, licet paternitas sit spiratio.

A R T I C V L V S IV.

Vrûm liceat contrariæ opinari de notionibus.

**N**O TANDVM est, sine periculo hæresis asse-  
verari posse, quatuor tantum esse notiones,  
aut esse sex, vel plures. Neque propter eum,  
qui id assenseret, excitat Diuus Thomas hanc  
quæstionem, sed propter sententiam Præpositiui,  
possetque eam etiam excitare propter sententiam  
Durandi, & alias similes. Responderéque, cùm no-  
tiones non sint de numero eorum, quæ principali-  
ter credenda proponuntur, circa quæ non soler-  
esse ignorantia probabilis, solerque in assertione  
contrariæ præsumi pertinacia, ad rationem hæresis  
necessaria, circa notiones esse posse opiniones fal-  
fas absque periculo hæresis, dum scilicet aliqui eis  
opinionibus adhaerent, non attendentes ex eis ali-  
quid leui fidei contrarium. Vnde, ait, non esse eos  
censendos hæreticos, qui circa notiones contrariæ  
aliquid opinati sunt, esto ex opinione alicuius eo-  
rum colligetur aliquid fidei contrarium. Reli-  
qua, quæ hoc loco dici poterant, commodius di-  
spurabuntur 2. 2. q. 11. dum de hæresi erit sermo.

Q VÆSTIO XXXIII.

De persona patris.

A R T I C V L V S I.

Vrûm patri competit esse principium.

D I S P V T A T I O I.

**D**ixerit D. Thomas deinceps de personis in  
particulari, ac primò de persona Patris.  
I res diuinæ personæ, quatenus Deus sunt, vni-  
cum esse principium rerum creatarum, est mani-  
festum, docetque Augustinus q. de Trinitate c. 13. &

Oo 4 14. Ne